



**VRBIS HIEROSOLY-//m[a]e, Templiq[ue] in ea origo, &  
ho//rum rursus excidium, profana-//tio, aliaeque uariae  
fortunae**

**Langen, Rudolf von  
Coloniae, Jan. 1517**

**VD16 L 341**

Quomodo mortuo Salomone, & ob eius peccatum regno diuiso, Rex Aegypti Susach primus templum spoliando polluit, & quomodo a cæteris scriptoribus idem rex Sesostris appellatur, ac de magnis eius rebus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71344](#)

## LIBER

I.

ronymi & Eusebiū supputationē colligitur omne tēpus quatuor milium centum & quadraginta nouem annorū. A generali uero sub Noe diluuio, mille nongentorū ac uigintiseptem annorū. A Moysē uero & egressu Israelis ex Aegypto quadrinētorū octoginta annorū, ut regnorū iiber tertius, diligentius relegestit testimoniō esse poterit.

¶ Quomodo mortuo Salomone, & ob eius peccatum regno diuiso, Rex Aegypti Susach primus templum spoliando polluit, & quomodo a cæteris scriptoribus idem rex Sesostris appellatur, ac de magnis eius rebus gestis.

¶ Capl. III.

**M**ortuo deinde cum iam annos quadraginta fœlicissime regnasset Salomonē. oritur ob ingētia Salomonis in deum peccata, miserabilis in gēte Iudeorum seditio. Spreto em̄ a Roboam natō Salomonis seniorū consilio, lasciuientiumq; iuueni liter iuenum sententiam sequiuto, prēpotens illud & populosum. bifariam diuiditur regnum, ita ut in Samaria decem tribubus regnaret Hieroboā, ab Aegypto reuersus quo confugerat, quia cum ei ab Achia propheta domini pauloante Salomonis mortem de regno decem tribuum esset prænunciatum, & ob id inflaretur superbia, hortaturq; ut deficeret a Salomonē populū, ad pœnam per duellionis perquiri a rege iussus fuerat. Roboam autem Salomonis filius duabus tñ tribubus, Iudea & Beniamin, quæ regnum Iuda dicebātur, in Hierosolymis regnauit, ubi & magna

pars Leuiticæ tribus permanebat. Porro Roboam de  
cem tribubus ob defectionem bellum moturus, cen-  
tum & octoginta milia lectissimorum contraxerat milis-  
rum, sed p prophetam Semeiam a domino coercitus,  
arma iussus depositus. Idem uero cum populo sibi sub-  
iecto, relicto ueri dei cultu, in externos peregrinosq;  
gentium mores degenerat, extractis passim idolorum al-  
taribus, in quibus thura sacrificantes, accenderunt. Eui  
ratos insup iuxta spurcissimum ritum, Berecynthiæ ma-  
tri deorum sacerdotes rex impius constituit. Quo factum  
est, ut quinto eius regni anno, potentissimum ea tempe-  
state Aegypti regem Susach, dñs aduersus eum susci-  
taret, q magno & numero ex exercitu Iudæam ingre-  
sus, contra Roboam dimicans, uictor ex arbitrio suo, ei-  
dem pacis leges imponit. Qui tamē post iacta foedera-  
dataq; pacē hierosolymā ingressus, tēplum illud splēdi-  
dum, domūq; regiam primus ex gentibus impie spoliās  
pfanauit. Thesauros templi & regiae domus, ac scuta  
aurea quæ immensī rex Salomon pretij fecerat, diripi-  
ens. Hūc Susach Plynus, Herodotus, & Lucanus cæ Plynus  
teriq; scriptores Sesostri appellat. Plynus em in Se-  
xto natu. hist. dicit, eum conatus fuisse, nauigabilē alueū  
ex rubro mari in Nilū pducere, q pte ad Pelusiū decur-  
rit, septuaginta duorum miliū in fuallo. Herodotus uero Herod.  
lib. hist. ij. ait, De Sesostri Aegyptiorum rege se multa in  
ægypto a Vulcani sacerdotibꝫ mēorabilia audiuisse.  
Hūc. n. dicebat primū lōgis nauibus ex Arabici maris  
sinu pfectū, rubri maris accolas in suā prātē redēgisse.  
Deīn reuersū ī ægyptū, coactoq; ī gēti exercitu, p̄ tras  
C ij

## LIBER

I.

perrexisse, omnesq; gentes, ut in quāq; incidebat sube-  
gisse. In regionibus autem eorū, quos bellaces liberta-  
tisq; studiosas reperit. Cippos statuebat inscriptos lis-  
teris sui nominis, & patriæ, & quæ referrent ipsum il-  
los uī subegisse. Quarū uero urbes sine ui resistētiacq;  
cōpissent, his Cippos inscripsit his litteris, quas scripse-  
rat eis gentibus, quæ uiriles extiterat cum mulierē ge-  
nitalibus. Planum facere uolēs, illos nequaquam uiri-  
**Hero-**les extitisse. Refert præterea eodem loco Herodotus,  
**dotes** Phœnices, & Syros, q; sunt in Palæstina (Iudeos, pcul-  
dubio significans) circūcisionem didicisse. Dicit nāq;  
Aegyptios, Colchos, & Aethiopes ab initio statū pu-  
dēda circūcidere, quā sane rē ab Hebræis cū in Aegy-  
pto morarentur hi populi didicere. Tradunt hūc Se-  
sostrim scriptores cæteri, ab Egypto cum uictore ex-  
**Luca-** ercitū ad Hispanos penetrasse, quod Lucan⁹ decimo  
**nus** suæ Pharsalicæ innuit, dicens.

Venit ad occasum mundiq; extrema Sesostris.

Et Pharios currus regum ceruicibus ægit.

Hoc est, in triumphantis modum captiuos reges du-  
xit cathenatos, ante currus Pharios, id est Aegyptios,  
ut quasi currus triumphales trahere uideretur. Hacte-  
nus de prima templi pfanatione hæc dicta sint.

¶ De auersione Israelis a dei cultū, ad uitulos aure-  
os, per Hieroboam regem. Et quomodo fœda colens  
di uitulos, pñitas apd' Iudæos ab Apī Aegyptiorū deo  
emanauit, q; lisq; hic Apis fuerit multorū sententiæ, ac  
duarū tribuum & dimidiæ, in Assyrios translatiōe, in-  
stitutioneq; Olympiadaꝝ. ¶ Capl'm. V.